



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

40. An Prælati exempti gaudeant privilegio cap. fin. de pœnis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

permissum ut adversus Ecclesiasticum procedat per viam jurisdictionis contentiosa, sed per viam potestatis politicae. Vide Ioseph. cap. 8. §. 3. n. 101. *Osasa ped. dec. 30. vol. 80. Guveres de juramento confirmatorio par. 1. cap. n. 26. Covar. d. cap. 35. Afflic. dec. 27. Achilles dec. 36. de appell. seu per modum extraordinariae defensionis ut vim repellat, oppressum sublevet, Ecclesiasticum quodammodo reducat ad viam iustitiae & tramite rectae rationis Ioseph. d. 53. n. 30. fol. 346.*

An autem quae à dicto Iosepho Sese allata in aliis terrarum regionibus quam in Hispania in usum deduci possint, esto iudicium Ecclesiae. Neque enim video qui id possit propter tam aperta excommunicationis Bullae Coenae Domini verba, in ordine decima quarta quae laicis ab Ecclesiasticis oppressis supplicationem dumtaxat superiori permittit. Certè laica potestas innocentem quempiam via & modo illicito contra potestatem Ecclesiasticam in causis Ecclesiasticis defendere non potest sine peccato & excommunicationis periculo. Qua de re videatur Gregorius Saurus in Thesuro Theologiae moralis, lib. 3. cap. 18. per tot. signanter num. 8. & alii Bullae Coenae Domini excommunicationisve decima quarta commentatores, itaque tutior animae via & Reipubl. utilior, si utrumque arbitri juris eligantur, vel res controversa superiori referatur, id quod ante tetigimus hac. *quest. n. 16. §. 27.*

---

*QUESTIO XL.*

An Praelati exempti gaudeant privilegio cap. fin. de poenitent.

**H**ostiensis censuit gaudere, in summa de poenitent. §. Cui confitendum vers. breviter dicas: qua de re fusus scripsi infra lib. 4. cap. 35.

---

*QUESTIO XLI.*

Episcopi & Archiepiscopi, an immediatè sint sanctae Sedi subiecti?

**S**peciali reservatione, Episcopi & Archiepiscopi immediatè summo Pontifici subijciuntur, ut not. Borgasius. *tract. de irregularit. & dispensat. par. 6. tit. quis possit excommunicare in fin. fol. 345. per not. tex. cap. quamvis 3. quest. 6. cap. frater 16. quest. 1.* Quo fit, ut superfluum sit inquirere num. Archiepiscopus ratione delicti aut contractus in diocesi Episcopi seu sui suffraganei inibi, illius forum tortiatur ad instar aequalis aut majoris, qui inferioris jurisdictioni sese subicere potest, qua de re alibi *DD. & tex. l. est receptum ff. jurisd. om. judic. cap. ego Berengarius de*